

vicinorum locorum Statutis, Statuta & mores alterius
 loci non incommodè explicitur sæpè, & de loco ad
 locum non raro porrigantur; videatur *B. Dn. D. Lauter-*
bach. in Disput. de Societ. bonorum Conjugal. §. 21. circa fi-
nem; Et ubi consuetudo specialis, veluti hic, non ap-
 paret, recurritur ad vicinam. *Besold. part. 3. consil. 91.*
n. 72. Hinc & dici solet: daß in allen Landen die älteste
Stadt des Reichs ein Haupt seyn solle des Rechten &c.
Weichbild art. 12. in pr. Quæ tamen consuetudo So-
 cietatis Conjugalis non ita abusivè est interpretanda,
 quasi Conjux pro altero Conjuge semper indifferenter
 & in solidum ratione æris alieni durante Societate con-
 tracti efficaciter conveniri possit, sed intelligenda
 1. de ære alieno sociali. 2. Societatis gratia contracto.
arg. l. 12. ff. pro Soc. Societatis autem gratia æs alienum
 contractum dicitur, quando factum est ob causam ad
 hanc societatem pertinentem, nimirum vel ob hujus
 Societatis utilitatem, vel ob onus quod eidem incum-
 bit præstandum sive avertendum; *B. Dominus D. Lau-*
terbach. in Disp. de ære alieno in societ. Conjug. contract.
solvend. cap. 3. §. 18. quod *Jus Prov. Württembergicum* ita
 exprimit: **Gemeiner Haushaltung zu Nothdurfft/ Nu-**
ßen und Guten. *part. 4. tit. 4. §. Da nun.* Econtra
 Non-Sociale æs alienum est, quod principaliter non in
 societatis utilitatem, nec ob aliquod societatis onus
 est contractum; *Gutierrez lib. 2. quæst. pract. 128. num. 4.*
vers. non obstat. primum: nam si e. g. maritus planè
 insolitam, periculosam atque Professioni suæ non con-
 venientem atque omnium saniorum Judicio damno-
 sam susciperet negociationem contra Uxoris & Ami-
 corum